(36 RF.²) L

329 Ipsum tunc cognoscent deum qui est dei filius
330 Huic gratias agens et in pectore hunc retinebis.
331 Ex animo eum colito et nomen huius habeto
Et depone priores uarietates et cetera gesta.
332 Et lauat te totam et sanguinem ablue a te
333 Nec enim tuis solitis nec orationi uanę
334 Non uictimas a te poscit qui est immortalis in eum
335 Sed sancto ore preferentes hymnum in ipso
336 Scito qui est hic et tunc creatorem uidebis
337 Cui dabunt enim omnia temporis sidera celi
338 Aer terrę maris et lux haec uretur igni cremoris
339 Et polis caeli et dies et nox hęc omnia in se
340 In uno igne uenient et in figura una geruntur
(36ᵛ) 341 Stellae enim cęli lucentes cadent et nusquam lucebunt
342 Etiam non uolabunt caeli uolatilia nusquam
343 Sed nec bestię amplius erunt quoniam terra nusquam parebit
344 Sed nec hominum propter uoces audientes.
345 Mundus inconstans erit nec uidebitur cuiquam illum
346 Et mugitum dabit pontus minacię magnę
347 Et magis mergentia animalia tota morientur
348 Et naues oneratę iam supra mare nusquam natabunt
349 Et mugitum dabit terra pugnarum sanguine plena
(350) Et omnium hominum animae tabescent in
(352) poena futura cruciataque in fame atque timore
353 Et tunc dicent o mors melius et mors recedet ab ipsis